

dandorū suorum causa postulauisset uas factus est / alter eius sustendi : ut si ille non reuertisset moriendū esset sibi ipsi . Qui cū ad diē se recepisset admiratus eorū fidem **Tyrann**⁹ petiuit ut se in amicitia tertiu asscriberent

Athenienses cū perfarū impetū nullo modo possent sustinere : statuerentq; ut urbe relicta coniugibus : & liberis Troezene depositis naues conscenderent : Libertateq; Græcie classe defenderent : **C**risilū quendā suadentē ut in urbe manerent **X**ercesq; reciperent : Lapidibus obruerunt : Atq; ille sequi utilitatē uidebat .

Sed ea nulla erat repugnante honestate .

Temistocles post uictoriā eius belli : quā cū persis fuit : dixit in concione se habere consiliū Reip. salutare sed id sciri nō opus esse : postulauit ut aliquē populus daret : qui cum comunicaret . datus est **A**ristides . Huic ille classem **L**acedæmoniorū que subducta eēt a **G**ythæum clam incendi posse : quo facto fragi **L**acedæmoniorū opes necesse esset .

Quod **A**ristides cū audiuisset in contionē magna expectatione uenit . Dixitq; perutile eēt consiliū : quod **T**emistocles afferret : sed mīme